

di. c. *Legimus*⁴⁾, ubi in textu dicitur^{x)}, quod *exercitus facit imperatorem*, et glossa super^{y)} verbo *imperatorem* dicit sic: *Ex sola enim*^{z)} *electione principum dico eum verum imperatorem*^{a)}, *antequam a papa confirmetur, ut dixi LXIII.*^{b)} di. c.^{c)} *Quanto*⁵⁾. Hec glossa⁶⁾. Et hoc etiam probatur^{c')} in canone X. di.^{d)}⁷⁾, ubi de potestate pontificali et imperiali loquens diffinitur^{e)} in hec verba: *Quoniam mediator Dei et hominum*^{f)} *Christus*^{g)} *Ihesus*^{g)} *sic actibus propriis et dignitatibus distinctis officia*^{h)} *potestatis utriusque discrevit*ⁱ⁾, *ut christiani imperatores*^{k)} *pro eterna vita pontificibus indigerent, et pontifices pro cursu*^{l)} *temporalium rerum imperialibus legibus*^{m)} *uterentur*ⁿ⁾, *quatenus*^{o)} *spiritualis actio a carnalibus incursibus distaret, et*^{p)} *Deo militans* (scilicet papa) *minime se negotiis secularibus implicaret, ac vicissim ille* (scilicet imperator) *non videretur divinis rebus presidere, qui esset secularibus negotiis*^{q)} *implicatus*. Hec ibi. Ubi glossa ordinaria^{r)} de utraque potestate loquens dicit sic^{s)}: *Cum ergo potestates iste distincte sint, est*^{t)} *hic*^{t)} *argumentum, quod imperium non habetur*^{u)} *a papa, et quod papa non habet utrumque gladium, nam exercitus facit imperatorem, XCIII. di. c.*^{v)} *Legimus*⁸⁾. *Et imperium a solo Deo habetur*^{w)}, *XXIII. q. IIII. c. Quesitum*⁹⁾; *alioquin si imperium haberetur*^{w')} *a papa, posset in temporalibus ad papam appellari, quod prohibet Alexander*^{x)} *papa*^{x)}

x) legitur *NpNv*

y) folgt illo *V*

z) fehlt *NpNv*

a) folgt etiam *EV*; folgt et *NpNv*

b) *LIII. K*

c) fehlt *KV*

c') probavit *E*

d) folgt c. *Quoniam NpNv*

e) definit *G*

f) folgt homo *GV*

g) *Ihesus Christus NpNv*; *Iesus G*

h) offensam *NpNv*; officiis *V*

i) discernit *NpNvG*

k) imperatoris *V*

l) succursu *G*

m) regibus *V*

n) utentur *Nv*

o) quatus *Nv*

p) folgt ideo *G*

q) rebus *G*

r) ordinarie *K*

s) fehlt *G*

t) hic est *G*

u) habet *V*

v) fehlt *KV*

w) habet *K*

w') haberet *K*; hinter papa *G*

x) papa *Alexander ENpNv*

4) D. 93 c. 24.

5) D. 63 c. 10.

6) Gl. ord. ad v. *imperatorem* (D. 93 c. 24): ... *confirmetur. Arg. hic, licet non ita appelletur, ut dixi LXIII. di. c. Quanto. Contrarium est verum, ex. De electione, c. Venerabilem* ... (X 1. 6. 34).

7) D. 10 c. 8; vgl. gl. ord. ad v. *sic actibus* u. ad v. *discrevit*.

8) D. 93 c. 24.

9) C. 23 q. 4 c. 45.